Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Maximus episcopus: sermo in natale sanctorum martyrum

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

cxvii **IT IN NAT SCORV̄ MART· SERMO BEATI MAXIMI EPISCOPI·**

SVFFICERE NObis deberent ad profectum salutis nrae martyrum exempla scorum· qui propter adipiscendam caelestem coronam· omnib; se mandatis dominicis subdiderunt· & ita cunctis deuinxerunt se legibus saluatoris· ut propter ante actam uitam mererentur ad hanc martyrii gloriam peruenire.

Non enim illo in tempore tantum perfecerunt praeceptum dni· quo confessionis supplicium pertulerunt· sed necesse est illos prius secundum euangelium uixisse xpi· ut xpi passionibus potirentur. Necesse est enim inquam· ut initia bona fuerint quorum finis est optimus subsecutus. Et martyres eos non solum fuisse cum passi sunt· sed & iam martyres xpi fuisse cum uiuerent.

Martyr enim latine testis dicitur. Quotienscumq; bonis actibus mandatum xpi facimus· toti [illegible] exhibemus

Unde & crux dni non illa tantū dicitur quae passionis tempore ligni adfixione construitur· sed illa quae totius uitae circulo· cunctarum disciplinarum uirtutibus coaptatur.

De qua mihi uid&ur saluator dicere. Qui uult uenire post me· tollat crucem suam & sequatur me. Numquid enim omnes martyres qui secuti sunt dnm· crucifixi sunt? numquid omnes uirgines quae iuxta apocalypsin secuntur agnum di· crucifixi sunt ut sequantur? numquid paulus apostolus crucifixus fuerat qui dicit?

Mihi autem absit gloriari nisi in cruce dni nostri ihu xpi· per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Hoc autem dicit· ut intellegas crucem non ligni esse patibulum· sed uitae uirtutisque propositum.

Tota igitur uita xpiani hominis si secundum euangelium uiuat· crux est atq; martyrium.

Sed hoc est quod in nobis difficile repperitur· ut omnes actus nri secundum euangelium dirigantur. Atq; ideo quotienscumq; uoluptatibus uolutamur· crucem saluatoris amittimus. X[illegible] enim est

castitas. pax. ueritas. man
suetudo. Quomodo ergo
potest castitati testimoniū
perhibere corruptus.
Aut quomodo potest pacem
praedicare. cuius animus sem
per inlite est. Quo pacto
etiam ueritatem mendax
sequitur. Aut mansuetudi
nem qualiter seruabit incon
stans. Quomodo inquam
possumus ad magistri gloriam
peruenire. cum dicat dn̄s.
nolite possidere aurum.
Nos etiam auri talenta recon
dimus. Nolite inquit possi
dere aurum. Hoc aurum
habentibus dicit. Unde si ha
bentibus aurum possidere pro
hibet. non habentium cupidi
tatem. qua poena condemnat.
Et si qui propria retinent amit
tere iubentur. illi qui aliena
diripiunt. quam grauiter fe
riuntur. Sunt enim pleriq·
fratres qui cum humili loco
geniti fuerint. et nullas apa
rentibus diuitias consecuti sint
tanta auaritiae cupiditate
iactantur. ut putent se sine
causa natos nisi aurū qq pacto
possiderint. Existimantes
enim sicut ait propheta. uitam
hominum compositam ad lucrū

non dubitant unde licet et
malo adquirere. atq· ita hu
iusmodi homines dum lucrum
auri quaerunt. damnum sa
lutis inueniunt. Requira
mus fratres quotus quisq· est
qui hoc non sit imbutus.
Pauci admodum sapientes ab
hac pestilentia se defendunt.
Si negotiatorem cogites propter
auaritiam primus inculpa est
Si militantem respicias. cupidi
tas est illi tota causa militiae.
Si officia singula perscruteris.
inuenies homines non honesta
te adduci ad obsequium. sed
praeda ueluti ad negotium pro
uocari. Omnes igitur paene
lucris ac negotiis student. et
cum primo surgunt diluculo
non cogitant nisi ut aliquid
unde cumque percipiant.
Quos si aut honestas conuicerit
aut retuderit iudicantis auc
toritas. cur res alienas diripi
ant. damnum se fecisse querunt
Sine causa inquit militamus.
sine causa laboramus. hodie
domum referre nil potui. iniqui
tas iudicis male me facere non
permisit. Cunctos igitur
paene homines agitat auaritia
nullum de his quietum esse per
mittit. Hi enim qui nihil ha

bent · cupiditate torquentur. illi qui diuitias possident sollicitudine cruciantur. Nec ipsis enim bene est qui recondito auro incubant. immo ipsis est grauius. Semper enim sunt anxii · maesti solliciti · ne hoc seruus auferat · ne fur effodiat. Atque ideo retrudent illud tenebris ita abscondunt · ut omnium subterfugiat notionem · nihil ex eo proferentes aliquando ad usum · ne apertio latebrarum sit causa prodendi. Seruant autem illud et non utuntur. seruant inquam. Custodes ergo dixerim istos esse non dominos · et alienum attendere diligenter · non proprium conuenienter expendere.

Quid igitur fratres putatis habere aurum · esse diuitias?

Ego dixerim maiores esse auri non habere diuitias. Praetiosior enim mens est quae aurum despicit · quam quae aurum requirit. Maiores plane sunt diuitiae non habere aurum · sed aurum habentibus eminere. Qui enim propriis abundat bonis · saeculi thesauros non requirit. Bona enim sunt propria · honestas · sobrietas. misericordia · castitas.

Quae bona omni auro magis sunt pretiosa. Ut sciatis quia his ita uiliora sunt metalla · auri talenta emi possunt · argenti uasa comparari possunt · honestas sola non potest emi.

Honestas enim non emitur sed adquiritur · quia non constat praetio sed uirtute. Tu igitur qui aurum possides · si placet bonantia inuicem conferamus.

Tu cum peregre proficisceris · thesauri tui necessario domi remanent · quibus longe a te positis semper trepidus · semper incertus es. ne cum domum redieris non habeas quod habebas. Ita dum semper amissionem eorum metuis. apud conscientiam tuam nudus et pauper es. Ego autem quocumque iero · meae diuitiae me sequuntur · nec separari a me possunt bona · quo non terreno specu · sed thesauro pectoris retinentur.

Tu cum recedis e saeculo relinquendo tuas diuitias perdidisti. ego autem cum mihi de hoc mundo migrare contingit · diuitias meas mecum ad paradisum ueho. Tuas diuitias post mortem exemplo illius purpurati diuitis ignis et tenebrae subsequentur · meas diuitias exemplo lazari · sinus abrahe et beatitudo suscipiet.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

IN FESTIVITATE MAR
TYRUM :—
LEC SCI EVA SEC . math
IN illo tempore dixit ihs discipu
lis suis. Si quis uult post
me uenire abneg& sem& ipsum
& tollat crucem suam & se
quatur me. Et reliqua.
xxviii OMELIA BEATI GREGORII
PAPAE DE EADEM LEC
TIONE:

QVIA DNS AC RE
demptor noster
nouus homo uenit
in mundum. noua
praecepta edidit
mundo. Vitae enim
nrae ueteri in
uitiis enutri
tae contrari&atem opposuit
nouitatis suae. Quid enim
u&us quid carnalis homo noue
rat. nisi sua retinere aliena
rapere si posset. concupiscere si
non poss&. Sed caelestis me
dicus singulis quibusq; uitiis
obuiantia adhib& medicamta.
Nam sicut arte medicinae cali
da frigidis. frigida calidis
curantur. ita dns noster con
traria opposuit praedicamen
ta peccatis. Ut lubricis con
tinentiam. tenacibus largita
tem. iracundis mansu&udi
nem elatis praeciper& humili
tatem. Certe cum se sequen
tibus noua mandata propo
ner& dixit. Nisi quis re
nuntiauerit omnibus quae
possid&. non potest meus esse
discipulus. Ac si aperte dicat
Qui per uitam ueterem aliena
concupiscitis. per nouae con
uersationis studium & sua
largimini. Quid uero in
hac lectione dicat audiuimus.
Qui uult post me uenire abneg&
sem& ipsum. Ibi dicitur ut
abnegemus nra. hic dicitur
ut abnegemus nos. & fortasse
laboriosum non est homini
relinquere sua. sed ualde labo
riosum relinquere sem& ipsum.
Minus quippe est abnegare quod
hab&. ualde enim multum est
abnegare quod est. Ad re
autem nobis uenientibus dns
praecepit ut renuntiemus
nostris. quia quisqui ad fidei
agonem uenimus. luctam
contra malignos sps sumimus.
Nihil autem maligni sps in hoc
mundo proprium possident.
nudi ergo cum nudo luctari
debemus. Nam si uestitus
quisque cum nudo luctatur
citius ad terram deicitur. quia
hab& unde teneatur.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg